Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aut q̃s ei aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate etatem
habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant
iudeos. Jam enim conspiraverant iudei: ut si quis eum confiteretur xpm.
extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem
habet ipsum interrogate. Vocaverunt igitur rursus hominem qui cecus fuerat:
et dixerunt ei. Da glorian deo. Nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit
ergo ille. Si peccator est nescio: unum scio. quia cecus cum esset modo video.
Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tua oculos? Respon-
dit eis. Dixi vobis iam et audistis: quid iterum vultis audire? Numquid et
vos vultis discipuli eius fieri? Illi maledixerunt ei: et dixerunt. Tu discipu-
lus illius sis: nos autem discipuli moysi sumus. Nos scimus quia moysi locutus est
deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo. In hoc enim mi-
rabile est quia vos nescitis unde sit: et aperuit meos oculos. Scimus
autem quia peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est et voluntatem eius
facit hunc exaudit. A seculo non auditum est: quia aperuit quis oculos cecci nati.
Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Responderunt et dixe-
runt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt
eum foras. Audivit ihs quia eiecerunt eum foras: et cum invenisset eum
dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille et dixit. Quis est domine:
ut credam in eum? Et dixit ei ihs. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse
est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adoravit eum. Feria. v. Jeremie
In illo tempore. Factum est verbum domini ad me dicens. Sta in porta
domus domini: et predica ibi verbum istud. et dic. Audite verbum domini omnis
iuda qui ingredimini portas has: ut adoretis dominum. Hec dicit dominus
exercituum: deus israel. Bonas facite vias vestras: et studia vestra: et habi-
tabo vobiscum in loco isto. Solite confidere in verbis mendacii dicentes.
templum domini. templum domini. templum domini est: cum si benedixeritis vias
vestras et studia vestra. si feceritis iudicium inter virum et proximum eius. ad
venam et pupillum et viduam non feceritis calumniam. nec sanguinem
innocentem effunderitis in loco hoc. et post deos alienos non ambu-
laveritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto.